Notum sit omnibus quod ego Brunissendis filia Bernardi des Guanech quondam parrochie de Campolongo, redempta et deliberata a domino come
datoris et consilium hospitalis novi Gerunde cuius eram cum instrumento inde facto. Idcirco gratis et ex certa sciencia, Creo et facio me
feminam propriam et solidam vestri venerabilis domine Beatricis Dei gracia abbatisse monasterii Sancti Danielis Gerunde cum omni prole ex
me descendente. Promitto etiam vobis quod ero vobis et succedentibus vestris in dicta abbatia semper bona fidelis et legalis in omnibus, et quod
non intrabo villam civitatem vel aliud faciam per quod possitis me amittere et alio lucrari. Obligando ad hec vobis et vestris
succedentibus omnia bona mea habita et habenda ubique. Et nichilominus ad maiorem firmitatem premissorum, iuro sponte per Deum et eius
sancta quatuor evangelia corporaliter per me tacta predicta attendere et contra ea non venire aliqua racione. Et pro premissis fa
cio vobis de presenti homagium ore et manibus comendatum. Et hec facio quia intravi hospicium Alfonsi de Ulmo vallis
Sancti Danielis Gerunde et ibi duxi in maritum dictum Alfonsum de Ulmo hominem vestrum. Actum est hoc octavo kalendas Marcii anno
domini Mº. CCCº. Tricesimo octavo. Signum Brunissendis predicte que hec firmo et laudo, pariter atque iuro.

Testes huius rei sunt: Egidius Capaler vallis Sancti Danielis Gerunde, et Bernardus Oliba clericus comorans Gerunde,
et Petrus Dominici de Pedrinyano.

Signum Jacobi Tresfort notarii publici substituti auctoritate Regia a Ferrario de Toylano publico Gerunde notario
qui hec scribi fecit et clausit.

22-2-1389

nº 725

Parra & S. Daniel
Mas Olmi
Homenatge.

Instrument de homenatge [illegible]
home lo qual fa [illegible]
de St. Daniel en favor de St. Daniel

T. 295 X 190

AC f. 11v Nº 1 del Plech quart.

753

Homanatges del mas de guarner de Camplonch
ala abbadessa